Q. D. B. V.

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,

Quâ De

AQUIS MEDICATIS

Quædam,

EX DECRETO GRATIOSÆ FACULTATIS IN ALMA EBERHARDINA,

PRÆSIDE

D. RUDOLPHO JACOBO CAMERARIO,

Profeſſore Medicinæ Ordinario, Univerſitatis Rectore,

Parente Suo Optimo,

Pro LICENTIA

Supremos in Medicinâ Honores legitimè conſequendi,

publico Eruditorum examini ſubmittit

ALEXANDER CAMERARIUS. TUBINGENSIS,

ad d. October.

Hor. locq; ſolitis. Anno *MDCCXVI.*

TUBINGÆ,

Typis JOHANNIS CUNRADI REISII.

11

Vir Magnifice, Experientiſsime, Excellentiſsim[e]
Phil. ac Medicinæ Profeſsor Ordinarie, Univerſitatis huj[us] Rect[or]
Graviſsime, Diſcurſq[ue] hujus præſes graviſsime, Fautor, Præcept[or]
ac Patrone in æternu[m] Colende.

Cum Nobiliſsimo Dn. Candidato Reſpondenti me et hac vice invitare ad [...] opponentis ſubeundum, non potui non huic petito obedire, inprimis cum d. nov[...] Te, Vir Magnifice, in me nova jam ſit facta invitatio cumq[ue] hanc diſcendi [...] nam temere revolvere ſummum eſset nefas: ideoq[ue] lubens aſsurgo, modo ampliſs[...] huj[us] [...] auditorij benevolentiam impetrare valeam atq[ue] favorem, de quo meo [...] cum optima ſperem breviſsime, ne prolixitate tædium pariam, dubia qualia [...] mea circa propoſitam diſputationem proferam:

Liceat E. mihi dubia quædam proferre in genere contra uſu[m] aquæ Zaiſenh.

Sereniſſimi Principis ac DOMINI
DOMINI
EBERHARDI LUDOVICI,
Ducis Wurtenbergiæ ac Tecciæ
Regnantis,
Comitis Mompelgardi,
Dynaſtæ in Heidenheim,
PATRIÆ PATRIS,
PRINCIPIS NUTRITII
ALMÆ SUÆ EBERHARDINÆ
Munificentiſsimi,
Principis ac Domini Sui
Clementiſsimi,
Filio Unigenito,
Principi Juventutis,
Principi
Terrarum Harum
Hæreditario,

Sereniſſimo Principi ac D *OMINO*,

DOMINO

FRIDERICO LUDOVICO,

Duci Wurtenbergiæ & Tecciæ,

Comiti Mompelgardi,

Dynaſtæ in Heidenheim,

Publico Patriæ Gaudio

Speiq; Optimæ

Scientiarum quoque & Artium Cultoribus

nuper reddito,

Principi ac Domino ſuo Clementiſſimo

Ex Fonte Salutis

A DEO Ter Optimo

Firmam & Conſtantem Sanitatem,

Fortunam Faventem,

Læta Sereniſſimæ Domûs Incrementa

devotiſſimâ mente precatus,

Diſputationem ſuam Inauguralem

cum humilimâ ſui commendatione

Submiſſiſſimè dedicat

SERENITATIS SUÆ CLEMENTISSIMÆ

Subjectiſſimus

Alexander Camerarius.

Σ. Θ.

INter dona DEI, quibus quaſdam Germaniæ beavit provincias, numerandæ omninò ſunt *Acidulæ*, *Thermæ*, & ſi quid ultrà eſt *Aquarum ſalubrium*, media ſanitatis conſervandæ & reſtituendæ famoſa, non incurio proin uſurpandæ, ſed grato potius agnoſcendæ animo ac deprædicandæ. Non eſt quod hîc doleamus, qs. defectu laborantes; dedit Benignus Naturæ Autor *fontes* etiam *medicatos* Patriæ, prioribus ſi non pares, nobis tamen ac vicinis noſtris charos & utiles, commune multorum ægrorum refugium, ſacram qs. anchoram. Quò frequentioris ipſæ ſunt uſûs, eò frequentiorem quoque Medicis præbent conſultandi materiam, eamque benè amplam, ut habuerint Majores noſtri, quod diſquirerent, nec deſit nobis, non nihil relicturis Poſteritati. Liceat ergò ex hoc theſauro & hydrophylacio naturæ derivare rivulos quoſdam ad irrigandam artem noſtram, ſive pro themate Diſputationis Inauguralis Medicæ ſeligere phænomena quædam, quæ vel nova lympha, vel veteres ultrò obtulerunt undæ: *Faxit Divina Gratia, ut ſitim mentis reſtinguat veritas, ut labem corporis aqua eluat ſalubris.*

§. I.

PAradoxum Medicum, novum hoc aliquid, *Aqua Zaiſenhuſana*, inventa nuper caſu, (non, ſed ſub providentiâ Divinâ, quæ ſua ſuis concedit temporibus, in Sui Gloriam, & miſerorum ſalutem) tamdiu pu-

blicum diſcurſuum objectum, quidnî publicæ poſſit eſſe thema diſputationis medicæ? Diu eſt, quod fama non publicavit talia ac tanta in ſpem ſanitatis ægrorum, ac ab hoc fonte, ejusque principio longè lateque citò ſe diffudit rumor: Nec dum ceſſat, aut remittit fama, ſed hoc anno *tertio* novos qs. ſuperaddit gradus. Non omnem novi remedij, chronicis hactenus, nondum, quantum mihi conſtat, acutis oppoſiti morbis, hiſtoriam & quic quid deſiderari poſſet expedire præſumo: Liceat carpere ſparſim aliquid, ſuper quod medicè reflectere ſit operæ pretium; Nec aquæ uſum pro balneo hîc proſequar, ſufficiat mihi modò pro themate ejus potus, qui etiam ſine balneo eſſe ſolet, vix balneum ſine potu, & hic ordine prior illo. Venit ergo novi remedii fama non ex medicinâ, nec ex laboratorio, nihil debet pharmaciæ, chymiæ nihil: Notum autem eſt, mundum promiſſis repleri; quæ utinam DEUS ſecundet! Nihil enim hîc in præjudicium arcanorum, eſſentiarum, ſolarium medicamentorum, dictum velim. Sed remedium noſtrum venit ex campo, â plebe, & per ſe hujus laudibus invaleſcit. Tria ſunt *Aquæ Zaiſenhuſanæ* ſingularia: *Odor* fœtidus, ſenſibus primò gravis, ut nauſeam potius movere crederetur, ſed, mirum, intra duos vel tres dies bibenti mutatus in gratiam, ut non modò non amplius moveat faſtidium, ſed etiam bibatur magno cum appetitu, omnibus tum potubus præferatur: Univerſale, quod mireris, audit hoc phænomenon, omnes indé reduces communiter idem deponunt, non eſt, qui queratur, imò qui non laudet. Alterum ſingulare huic fonti proprium eſt, laxare *alvum*, non ſemel, vel aliquoties, ſed ſingulis diebus bis, terve, quin ultra, idque fere quamdiu aqua bibitur, bibitur autem, ut ſtatim audiemus, benè diu; Et, quod multum, ſit hoc cum bono ægri appetitu, quem non minuit, ſed potius conſervat & auget. Tertium aquæ proprium eſt inſolita prius apud nos *quantitas*, quâ etiam non per unam, ſed plures, tres & ultra ſeptimanas bibitur.

Certi

Argumenta Contra usum aquae Zainhusanae in genere.

Primum desumo à contento suo, scil. Sulphure.

Quodcunq in se habet reconditum naturae humanae adversu, ne dicā venenum, illius u[su] plane est intermittendus: atqui Sulphur, quod huj aquae contentum est habet [in se] reconditum &c. E.

Min. probat authoritate nonullorum Medicorū, qui illud venenum depraedican[t], imprimis Crato.

2. hoc argumento

Si à vinis sulphuratis bibentes acquirunt varias molestias, praesertim grav[em] capitis dolorem, tunc sequit quod utiq sulphur naturae humanae sit inim[icum].

II. Desumit à nimia huj ~~qua~~ aquae quantitate in bibendo.

[S]i à Practicis haetenq observatum fuit, quod à nimio et longo acidularum potu [...] orti sint morbi, tum conseq. est quod ab hac aqua simile quid sit sibi promittend[um]. Atqui.

Min. probat. Listerq scribit in coment. ad aquas Medicatas, aquas has nim[io] et diuturniori haustu potu, induxisse dysenteriam, cancros in intestinis.

III. In examinandis et comendandis aquis respectq m. habendq est, praesertim ad c[ondi]tionem loci, unde veniat aqua: ubi iterum locq huj Zaisensusanae aquae illa[m] suspectam reddit: ~~argumentor~~: ex sequenti ratione.

[C]ujuscunq aquae origo non est ex locis petrosis, et ubi mineralia reperiunt, sed palude [...] de ejq virtutibq parum sibi promitti potest. Atqui aquae Zaisenhusanae orig[o] non est ex locis petrosis &c. E.

IV. Si ex mihi traditis constat, aquam Zaisenhusanam breui per unu saltem diem in vase m. clauso stagnantem, in primis in loco calido, perturbari mutari ac corrumpi, tunc sequitur et verosimile est, m. in corpore talem aquam abituram in putredinem, variaq inde mala corpori inducturam.

V. Desumo à foetore.
Quodcunq naturae nauseam movet, illud in usum non est vocandum. Atqui foetor aquae Zaisenhusanae summam nauseam ac fastidiu ~~ac~~ naturae parit
E.

4. dicis quod foetor sit huic fonti singularis et proprius, ego ~~autem~~ gtrariu probabo. Si et fons Reutling. et Niedernoverensis et duo illi putei Francofurtenses similiter et ultimi eodem gaudent foetore, sequitur quod huic fonti foetor non sit singularis s. proprius.

A. dicit Nob. Dn. Candidat. Resp. quod hoc universale sit, omnes inde reduces hanc aquam laudibus extollere: quod verò est gtra experientiā: argumentor itaq: experientia discimus multos reduces à morbo suo non sublatos, parum illud laud. ... Ergo, sequis quod male hic hoc tanquam universale posuerit.

Certè à priori ſenſus & ratio nihil ad inventionem remedii contribuerunt; Mirum eſt, non prævaluiſſe fœtorem, ad avertendos homines à bibendo ſuſpectam aquam: Sed in ſolidum res debetur experientiæ. Nihil hìc habemus à priori, à poſteriori effectus modò videmus, miramur, & cauſas quærimus. Superavit contradictiones rationis citò exemplum & ſpes ſanationis; præſertim cum citò quisque mutationem in gratius facile experiretur ipſe. Manus manum, æger ægrum docet, juvat; Ipſo uſu diſcimus & proficimus. Interim dum natura primò nauſeat, quem mox vel non attendit amplius, vel & amat, gravem odorem, quidni dicere liceat, duos eſſe naturæ ſenſus, præter externum, adhuc occultum quendam internum? De causâ ſi quæras, dicere forte liceret: De guſtibus non eſſe diſputandum. Etiam ſpes ſanitatis animum excitat, ut minus offendat, attendat, quod aliàs adverſum. Vel potius aquæ ſapor nullus eſt, non ingratus, ſed ſolus moleſtus odor eſt: Ubi ſemel præterierit nares, ori & linguæ non adverſa ſentitur, nec ſapore quodam ingrato infecta. Diverſum duorum ſenſuum cognatorum de uno objecto judicium.

Quâ autem quæſo occaſione ad tantum quantum progreſſi ſunt noſtri? Singulis diebus etiam teneræ adoleſcenti perſonæ menſuram unam, adultis, fortioribus ad duas tres menſuras, idque tamdiu, ad tres, & ultra ſeptimanas dare. Novi aquas per Germaniam celebres magnâ doſi bibi: Sed apud nos inſolitum hoc erat hactenus. Bibuntur e. g. delicatæ, de quibus ſibi gratulatur patria, Deinacenſes ad tres quartas, ad 1. menſuram, huc pertingunt firmi, fortes; qui exceſſus faciunt & ferunt, monſtri quid alunt. An fortè inventor in patriâ ſimilis fontis gnarus doſin quoque tantam docuit? Aut exoticorum fontium gnari ipſorum doſin huc applicuerunt? Certè olim cùm ſimilis fons admirabilis ſimili fato magnâ cum laude inclareſceret *Bollenſis*, de tantâ quantitate potûs nemo cogitavit, ſed ægrorum ipſa libertati vel judicio fuit relicta.

Cæterum duo hîc ſunt cardinalia, in quæ ſeſe diſpeſcit diſcurſus. Ex unâ parte ſtat *objectum*, aqua, non ſolùm ſecundum τὸ materiale ſui conſiderata, ſuas qualitates, & quicquid curioſum promittit analyſis chymica; Quàm potius ſecundum τὸ formale, *methodum* uſurpandi, quis ſit legitimus aquæ uſus, in quanto, quoto, tempore, loco, &c. ſecundum omnes circumſtantias, quis novi remedii modus, publico uſu probatus? Ex alterâ ſtat habitudo *ſubjecti* ad objectum, naturæ ad remedium, quomodo ferat, quid inde patiatur boni vel mali? Non ſola ſpectanda eſt aqua hauſta, ſed & conſideranda naturæ vis ad talis aquæ quantitatem, cui, quod vix credidiſſes, ferendæ par ipsâ experientiâ comprobatur. Admittit, ſervat aliquandiu, dimittit tempeſtivè. Luctabitur ſæpè, modò eluctabitur, quin tamen interdum etiam, pro conditione ſubjecti, qui ferendo impar malè ſe habere, periclitari poſſit, imò ſuccumbat, ex conſideratione circumſtantiarum & rationum omnium non poteſt non etiam præſumi, & obſervationibus confirmatur. Ut itaque ab aquæ naturâ incipiamus, duæ ſunt primariæ qualitates, *odor* ille ſingularis, reliquiis accenſi pulveris pyrii comparari ſolitus, & *inſipiditas*, non acida, ſalſa, acris, non ſunt acidulæ; Interim ipſi aliquid, ut ferè omnibus aquis, proprium erit. Non ſolemus vulgò aquas ſatis diſcernere; *Hydropotæ* docent, mirum quàm magna & multa aquarum diſcrimina. His accedat *color*, non triſtis, turbidus, ſed clarus. Et huc præcipuè ſpectat examen per reagentia, tractatio *chymica*, & quicquid ultra ſub directione Ill. Dn. D *Zelleri*, Patroni & Suſceptoris Honoratiſſimi inſtitutum fuit, & à Phyſico provinciali Experientiſſimo, *Dn. D. Brigelio*, ſingulari libello publicatum legitur.

Stabo ad hunc fontem, nec excurram ad alios, qui cum noſtro conveniant, plus minus. Vicinæ acidulæ *Nidernovenſes* ſulphureum quid olent, ſed *lunam* non afficiunt. In *Bollenſibus* poculum ex argento minus puro ſubviride & ferè croceum redditum, alterum autem ex puriore argento non fuit immutatum *Io-*

hanni

4°

Pagin. 7. Argt. Nob. Dn. Resp. et. contento aq. Zaisenhusan. nempe sulphure, quod verò aquis inesse non possit probabo sequenti argumento.
[Se]cundum Chymicorum experimenta sulphur aqua non est solubile, tunc sequitur [q]uod tale quid in hac aqua inesse non possit. Atqui secundum &c.

Sulphure dicit ab intra ad extra expellere: in contrariu argumentor.
Sulphur secundum Galenu vim trahendi habet, & interne assumtum non expellit, sed intus trahit impuritates scabiosas.
Conseq. probatur. experientia fuit n. quidam, qui se à foeda scabie liberatur[us] cochlear sumsit floribus sulphuris repletu, quo intra breve [tempus] liberatus à scabie incidit in grave vitae suae periculum.

hanni Bauhino, benè de fonte & de totâ viciniâ merito: *Reutlingenſis* aqua, de quâ in E. N. C. adhuc plus ſulphuris habet, quia citiùs, fortiùs denigrat non lunam ſolùm, ſed & *ferri* limaturam. Monſtrati quoque mihi fuerunt *Francofurti ad Mœnum* duo putei aquæ ſimiliter fœtentis, alter in urbe, alter extrà, neglecti, niſi quod â plebe ipſos in febribus longis & ſcabie bibi dicebatur. Singularis eſt hæc reſolutio ſulphuris, quæ nec acidum ſpirat, nec acide præcipitatur; quæ crucem fortè chymicis figat. Prima hinc virium ratio à *ſulphure* ſubtiliſſimo, quod ſecundum chymicos principium, vel in quo id abundat, hîc adhuc acido junctum, & ut integrum teſtimonio odoris conſiderandum. De hoc autem *Dioſcorides*: Sulphur calefacit, diſcutit, & celeriter concoquit, & *Galenus*: Sulphur omne trahendi vim poſſidet, eſtque temperamenti calidi, atque eſſentiæ tenuis, adeò ut ad multa venenatorum animalium reſiſtat; Vulgò dicitur, pro diverſo uſu ab extra introrſum, ab intra extrorſum pellere impuritates ſcabioſas, ulceroſas. Nidernovenſis fontis ſulphureus ille halitus, ad inſtar *Swalbacenſis*, & *Crypta-Neapolitanæ*, offendit & *necat* animalia quædam humiliora; Idem obſervatur in *cellâ* vicinæ fonti domûs: Quod ante ſeculum obſervavit & annotavit in ſuis medicinæ memorabilibus B. Abavus, *Johannes Rudolphus Camerarius*. Utrum ergo novi noſtri fontes pleniùs ſulphurei oleant accedentibus? utrum eodem ſint modo *exitiales* futuri graviore ſuo halitu brutis iſtis, curioſorum ad fontem experientiæ commendandum eſt? Alterum principium Salinum, quod aliâs in fontibus efficax eſt, *alienum* hîc in parcâ doſi occurrit; Ex *viginti quatuor* menſuris aquæ vix *ſex drachmæ* ſalis obtentæ fuerunt: Loquendo de eo, quod fixum remanſit, præter id, quod in coquendo vel evaporavit, vel fatiſcendo in terram abiit. *Enixi* cujusdam naturam habebit, de qualibus in cap. tertio: Et hinc quid pro abſterſoriis, aperientibus viribus. Occultatum, in vaginâ reconditum, ineſſe *acidum*, colligas ex *lacteſcentiâ*, quam acquirit ab *alcali*; hanc enim veroſimile eſt oriri, cùm acidum invadit

vadit alcali,terram dimittens. *Terra* igitur ſic manifeſtatur; & quia ab acido fortiori plus ſolvitur, phænomenon aquæ ab acido clarioris declarat. Mediam quoque naturam confirmat ſyrupus *violarum*, primò non mutatus in colore, ceu ab enixis ſolet obſervari; ut alcalinum tamen terreſtre citò videatur prævalere, poſteà enim ad virorem declinavit ille. Hæc dum proſequor, *aquæ* non obliviſcor, quæ in cauſa rationum, unde facultates fontis, quantitate potiſſima eſt; Ipſa hîc vehiculum, menſtruum, larga plurimum contribuit, ut ſuo modo huc ſpectet, quicquid de aquæ potu paſſim. Unde occaſio quæſtioni: Annon etiam ab aquâ vivâ, recente, clarâ, ſimplici multum redundaret boni in ſanitatem, ſi prudenter biberetur. Abſit autem, ut hæc ſufficere credam, & adæquatas effectuum cauſas; multò minus in arcana DEI penetrare præſumo, inter quæ ſpecificæ rerum naturæ ſunt; ſed tentamina talia non curioſa ſolùm, verùm & utilia quidem laudo, tamen adhuc occultius quid pro effectibus tàm paradoxis ineſſe concedo, ſive *ſpiritum* quendam activum, cui aliàs aquarum medicatarum vires tribuuntur, ſive illam ſingularem *mixturæ* rationem, eſſe velis.

Verum enim verò accedat quod anima rei eſt, *modus* bibendi aquam, neſcio, ut dixi, quî inventus, publico interim uſu comprobatus. Generalem modò ſequi methodum, neceſſe eſt, niſi quis meliorem invenerit, ſed ſingulis individuis pro prudentiâ Medicâ accommodatam. Quanquam vulgus, prout videtur, ruit in uſum potûs & balnei ſine medico, ejus tamen regulas, cautelas & monita juvabit audire: Quanquam medicis in inventione nihil debeat, eorum tamen audire juvabit conſilium, qui examinatis perſonis ſuadeant, diſſuadeant, qui inſtruant, qui ſymptomatibus occurrant. Empiricum quidem eſt remedium, ſiquidem tamen ritè uſurpari velit, prudentiâ medicâ dirigendum, ut effectus obtineantur ſperati, felices. Mihi quidem exempla non ita multa ſuppetunt, primitiæ autem leguntur in laudato tractatu; *Duo* tamen ſelecta hîc quin recenſeam non potui

non.

non. Habe *virum* benè habitum, conſiſtentis ætatis, firmi ſtomachi, ita tamen, ut ſcalæ aſcenſu moleſtiam creent, hærere cogant, & gaude, hunc à trium ſeptimanarum potu largo reducem liberum, & alta libere ſcandentem, cum per totam, ut loquuntur, curam mali nihil quidquam fuerit paſſus. Adjunge ipſi teneræ naturæ *adoleſcentem*, qui cætera quidem ſanus, ſed antiquis pedum ulceribus afflictus, à variolis autem alterius oculi uſu privatus, altero nubibus, pelliculis obducto: Hic per novem ſeptimanas ſingulis diebus unam menſuram bibens laxatâ indies alvo rediit impinguatus, alacris, laudans, nil quicquam per curam mali paſſus, oculo quidem illo nihil mutato, nec ulceribus conſolidatis, nam antiqua ſubeſt caries, hoc autem oculo non parum declarato, ut literas legere non adeo malè potuerit. Adde, per hoc omne tempus liberum fuiſſe ab ophthalmiâ, cui aliàs obnoxius. Si nihil profuiſſet, tale quantum ita ferri potuiſſe, corpore ſic & viribus profeciſſe, ſufficeret ad movendam admirationem.

Huic aquæ correſpondeat *natura* ægri, quæ illam intra ſe admittit, detinet, & reddit. Communis hîc cum *acidulis* ætiologia: Hinc modus agendi pro poſſe declarandus. Nondum demonſtratæ ſunt à ſtomacho ad veſicam, à ſtomacho ad renes *viæ*. Regia chyli & ſanguinis via tenenda eſt, & huic aquæ: Per circulationem ergò, quod à priori ſtuperemus, à poſteriori per longum uſum confirmati, non curamus amplius, ad cor delata, ſanguini mixta, non poteſt non *diſtribui* per univerſum corpus, non per viſcera modò imi ventris, ſed & ipſam arcem cerebri, ſedem mentis, intimè penetrabit; Quod uti cum acidulis commune dixi, ita illud modò importat, quàm à diverſis aquis diverſè afficiamur. Sani multi bibunt acidulas præſervativè, impunè ut notorium ipſas ferunt, reddunt: Sin æger biberit, ſpes eſt, non ſimpliciter tranſituras, ſed ſimul eo ipſo viſcera impura, infarcta, emendaturas, correcturas, aperturas, ut quod vel obſtruxit, vel irritavit, elui & excerni poſſit. Eſt hîc, quod mireris, *non* ſtatim

reddi aquas, ſed *detineri* interdum benè diu. Quanquam enim multum in deambulando per ſudorem diſſipetur, ſanctoriana tranſpiratio etiam concurrat, (certè hîc curioſo tali obſervatore opus videtur, qui obſervet & determinet proportiones excretionum per cutem, renes, alvum, in quanto, & tempore) ſunt tamen, quibus tardant. *Virum* robuſtum nuper modò ex acidulis reducem, audivi ultrò obſervantem, urinam non tàm de die, quàm de nocte multam prodiiſſe. Alii *ſedentes* potius, quàm ambulantes idem obſervarunt. Mirum, aquas tamdiu ita ferre naturam, per omne corpus, per *pedes* æquè & *cerebrum* circulantem. *Motum* adjungerem, qui promoveat, & non præter rem, deambulationes enim à nemine, qui poteſt, omittuntur; Niſi in memoriam venirent, qui in *lecto* biberunt acidulas & exſudarunt. Certè etiam adoleſcens laudatus motu tranſitum aquarum non poterat promovere. Sunt hîc ex unâ parte aquæ urgens *copia* & *virtus* ſtimulans, quæ acidulis fortior, huic levis eſt; Ex alterâ parte natura, *ſolidorum* elater, tonus, facultas expultrix, quæ dirigit *fluidorum* circulum. Aqua eſt, quæ bibitur, per cutis poros apta difflari, ad urinæ vias ſolita deſtinari. Quanta hinc arguitur potentia & prudentia naturæ humanæ in dirigendo tali & tanto negotio plerumque feliciter! Acidulæ noſtræ pleræque omnes ſunt *alvi* conſtipativæ, diureticæ; videtur enim, quantum uni organo excretorio accedit, tantum alteri decedere: Sed hoc proprium aquæ Zaiſenhuſanæ, etſi acidularum ſapore careat, ut præter duas has vias aperiat & tertiam, ſcil. alvum, & ſic non ex dictis modò viſceribus, ſed & ex hepate, pancreate, meſenterio proliciat heterogenea; quin & novas fortè vias vel invenit vel facit in ægris interdum ingenioſa in ſe expediendâ.

Quibus præmiſſis liceat modò unam & alteram ſubjungere *quæſtionem*, & ad eas tentare reſponſionem. Prima eſto de futuro: Utrum ſpes ſit, *duraturam* ita & aquam & virtutem, nec fortè remiſſuram? An non fata habituram *Fontis Bollenſis*, qui ultra ſeculum abhinc non minoris famæ fuit, & meruit ab eſſe-

ctibus

Quo. 10. subjungit questio d. durabilitate in futurum usq huius aquae, ad
quo. 11. respondet ~~cum~~ tertio m. rationes cend. Ego vero per analogiam
probo quod non sit mansurus:
Si constat, puteum illum Francofurtensem in sioni hominum copia frequenta
tam plane neglectum et desertum esse, tum sequit quod m. hic fons, tempore
similis talia fata sit expectaturus. Atqui.

ctibus bonis] vocari *Admirabilis*, qui tamen decurſu temporis in conditionem communis ferè fontis eviluerit: Uti temporibus acutiſſimi *Ioh. Val. Andreæ* Fons ad pagum Calvenſem *Kapfeneth*, de quo in Selen. pag. 169. ſtylo, quo pollebat, nervoſo, t. t. ſubito vulgi confluxu celebratus, ſed citò iterum neglectus, ut non ſuperſit de ipſo niſi tenuis fama. Reſp: Ante omnia me nihil in præjudicium fontis *Bollenſis* dicere, qui vel ipsâ annuâ ægrorum viſitatione publicâ fidem facit adhuc ſuarum virtutum. Secundò autem facilè largior in principio *fervorem* quendam, fortè in quibuſdam exceſſivum; Sed tertiò tamen, *rationes* cur non durabilis uſus ſit manſurus, non video, niſi notoria hominum inconſtantia prævaleat; Spes eſt potius longiori uſu usque magis & magis legitimam methodum exploratam iri & confirmatam. At, *Fons* hic *Soterius* dum recens viribus turget operabitur, qualia audivimus, dum exhauſtus, diffuſus, conſumtus fuerit ille ſpiritus, languebunt aquæ? Reſp: non noviter exortus, ſed noviter modò detectus eſt hic fons, ſemper fluxit ſed neglectus, ut ille metus ſit vanus, & hoc non veroſimile. Quæritur ulterius: Utrum *mors* unius & alterius Zaiſenhuſæ vel alibi in vel ab uſu aquæ mortuorum debeat abſterrere alios? Reſp. *Ita*, ſcil. iſtis ſimiles. Anceps eſt remedium. Aqua non eſt æſtimanda in ſua *activitate* ſimpliciter, ſed ſecundum receptivitatem ſubjecti. Non colligenda ſunt ſolum exempla *evadentium*, curatorum; Sed & pejus inde habentium, quin & *mortuorum*. Tantum proderit horum caſuum collectio, quàm priorum; ut piſcator ictus ſapiat. Certè non niſi longo uſu diſci poteſt, qui apti, qui inepti ad hanc curationem, cui ipſa ſtatui ægrorum promittat ſalutem, cui ſub quibus circumſtantiis minetur periculum, exitium? Manebit tamen proverbium: Duo cum faciunt idem, non eſt idem. Specialia exempla non allego; Mitto tot paſſim dubitationes, exceptiones, inſtantias, de exemplis vel fruſtra, vel cum damno â fonte reducum. Sed quid de illis dicam, qui quamdiu potârunt, ab affectu liberi, domum reduces iterum correpti fuiſſe uti prius

dicuntur. Breve proh! dolor gaudium. Unum tamen ex noſtris ibi mortuum non poſſum prætermittere. Qui *podagricus* veteranus admodum, & melancholico-hypochondriacus in magno gradu, deſcendit ad fontem, certè jam in viâ inſultum quendam habuiſſe dicitur; quod itaque ibi obierit, fatale quidem, ſed non mirum eſt. *Dices*: Ante dimidium annum domi bibiſſe dicitur, & mirum laudaſſe, à nullo unquam remedio ita levatus. *Reſp.* Hoc quidem ſtringit: ſed intra ultimum dimidium annum ipſum inſigniter ſanè *mutatum* fuiſſe oportet. Utrum, ſi aquam non bibiſſet, *apoplexia* non veniſſet, DEUS novit, non ego; crediderim tamen fuiſſe venturam apoplexiam ſine potu: Iter & alias circumſtantias fatum acceleraſſe. Quæritur ulterius, ſi in poſterum deliberandum fuerit, de ſelectu aquarum medicatarum, quomodò ex noſtris aquis, e. g. Acidulis, & novâ Zaiſenhuſanâ, ſingulis ægris conveniens ſit eligenda; qui ægri, e. g. *Deinacum*, qui *Zaiſenhuſam* videantur mittendi? Reſp: Arduum eſt hoc poſtulatum, thema prorſus delicatum, cui expediendo me parem non credo: Prudentia obſervationum & judicia medicorum præſentium multum hîc valebunt, rem tam gravem decident. Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel. Videtur quidem aquæ certæ aſſuetum non temerè ipſam amiſſurum, non ita facile tranſiturum ad aliam. Habemus familias, quæ toties per annos interpoſitos acidulas *ad fontem* bibunt & ſanitatem ibi reſtaurant, ut aliò præter cauſam ablegari vix poſſint. Juvat tamen interdum, imò oportet tranſire ad aliam, ſi morbus exigat, vel præſens, vel minans: Beatus iſtis qui non indiget. Quodſi denique quæſtio ſit, de Differentiâ *Zaiſenhuſanæ & Reutlingenſis*, tunc ex pluribus hæc modò tria ſunto: Hæc non ex ſolo *paludoſo*, ſed *petroſo* ſcaturit; plus Sulphuris habet, ſuo tamen modo proprio; Tandem *minus* frequentatur, negligitur ferè. Unde ex præmiſſis diſcimus & notamus: DEUM ſua ſuis dare *temporibus*: Si quid præter opinionem *novi* emergat, *medium* potius eſſe tenendum, quàm *præcipiti* & adhuc impruden-

t

2) ad. 12. Quaerit Nob. Dn. Consil. Reſp. de ſelectu, in poſterum aquarum noſtrarum ~~Deinacenſium~~ Medicatarum, ubi in reſponſ. dubius haeret: Ego vero probabo ipſi aegri prius ſint mittendi ad Deinacum quam Zaiſenhuſa &c. argumento: Quodcunque uſu longo jam tempore comprobatum eſt, illud potius ſuadendum, quam id, de cujus effectibus adhuc non ſumus certi: Atqui acidulae Deinacenſes &c.

Quaer. 93. quaeritur d. potu calido aut frigido. Ego in vere ~~contra~~
Calidum potum ~~non~~ nimis eſſe ſuadendum probabo ſequentibus
Cum plerumque aquae ſubcalidae vomitum provocent, ventriculique tonum diſſolvant,
tum ~~con~~ſequens eſt quod talis potus ſit noxius quam utilis.
Si ſecundum obſervationes Tabernaemontani olim acidulae Swalbacenſes
calefactae produxerunt varios morbos, ventriculum debilem et hydropem,
tunc ſequitur quod non calide ſed frigide potius bibantur acidulae.

ti uſu in rem involando, vel ex alterâ parte *tardando* nimis, in re uſu publico ſenſim confirmatâ, peccandum: *Differentias* eſſe hominum *facilium*, ad primam famam mobilium, & *difficilium*, renitentium; prudentes, qui *mediocritatem* auream dictam & hîc obſervant: Hunc fontem quidem *laudibus* clarum non tamen eſſe *panaceam* (reſervavit hanc prærogativam verbo ſuo DEUS.) non remedium univerſale; non *omnes* curaturum, tale quid enim nondum dedit Autor naturæ; & incurabiles morbi paſſim ſuperſunt: Laudem mereri, qui publicum tale donum *juvat*, promovet, commodo & legitimo uſui uſque magis adaptat.

§.

IN diverſum abeunt, qui ad *Acidularum* fontes conveniunt, & duas qs. partes conſtituunt, qui eandem aquam bibunt diverſimodè, benè contraria ſequentes principia. Pars potior bibit aquam, ut ex fonte fluit, claram, recentem, *frigidam*; Alii non niſi *præcalefactam*. Ingens diſcrimen. Utraque pars habet ſuos aſſeclas, numero multos, utraque ſuis ſe tuetur rationibus. Publicè hoc fit, ignotum nemini. Hîc ergò legi meretur *D. Eliæ Rudolphi Camerarii*, B. Avi deſideratiſſimi, diſputatio altera de acidulis, ubi theſi decimâ tertiâ *Fuchſii*, *Mœglingi*, *Sebizii*, ſuper hâc quæſtione diſceptationes proponit; Ipſe autem tenerioribus frigus parum manuum fotu, vel in conclavi calido, temperari vult. Unde colligas, modum novum noſtrum calefaciendi iſtas tum in uſu inter nos non fuiſſe, cùm ſcriberet anno prioris ſeculi ſexageſimo tertio, id enim ex ſilentio patet. Æquum erit, audire utramque partem, utriusque ponderare rationes. Qui *frigidam* bibunt, habent pro ſe potum antiquitate probatum, univerſalem, naturalem, ſolum diu, cùm olim fortè vix quisquam de calefactione cogitaverit, ſed communis abſolutè fuerit potus frigidus. Argumentum certè validum, cùm vel ipſa natura ad recentes acriuſculas hauriendas videatur invitare. Eſt tamen, quod huic opponat pars altera: Metuit frigidam, noxam inde metuendam cavere vult, aquas calefaciendo. Non vanus plané

nè eſt hic metus κατ' ἄνθρωπον. Si malè res ceſſerat, ſi quis non benè tulerat aquam, in ſubjecti conditionem culpa transferebatur, quæ *acidum*, *vitriolum* aquæ, ferre non potuerit. *Pectori* inprimis ſuſpectæ non firmo pro cautelâ dicebantur. Hic quidem metus in tantum evanuit, poſtquàm innotuit, vitrioli nihil, acidi liberi manifeſti nihil aquæ laudatæ ineſſe; quin eſſe *antacidam* terrâ ſuâ ſubtiliſſimâ, præter nobile virtutis donum in ſpiritu. Quicquid ergò ab ejus potu quondam & hactenus obſervatum fuit damni, aut benignis acidulis male imputatum, ejus culpa potius *in frigus* referenda.

Non minus *calidus* potus habet rationes pro & contra: præcipuum argumentum eſt à metu, perdi ſic *ſpiritum*, qui acidularum tamen quaſi anima eſt. Effœminari ſic naturas, & ad ferendum quid reddi impares. Sed reſpondet pars altera, *metum* illum eſſe *vanum*, experientiam aliud docere; provocant potius ad *ſenſum*, quàm bibantur cum gratiâ ſpirituoſitatis illius aſcendentis, os & ſuperiora ferientis. Non minui, ſed excitari ſpiritum, bibi qs. vinum calefactum; Addunt, certis *vaſis* rem ita procurari, ut ipſis ille *clauſis* detineatur ne avolet, ſed ad aſcenſum modò excitetur ſpititus. Bibi modò *ſuperum*, fortè ad medium, reliquum inferum vappidum utique non bibi, ſed effundi. Verum enim verò non tàm quæſtio eſt de *gratiâ*, quanquam hæc virtutis index ſit, quàm de *uſu*, de effectibus, quàm benè cedat, ita bibere calidè. Prætendunt ergò illi, ſe non minus *recreari*, levari, juvari, ac illi qui frigidam bibunt, *tutius* ita omnia fieri, curas ut loquuntur ita abſolutas laudant; Nec eſt temerè, qui exemplum ubi malè ceſſerit publicè oggerat. Quod confirmatur univerſalitate hujus modi; Mos jam invaluit; Ita moris eſt hodiè, non temerè reſiſtes. Huc per analogiam, quicquid pro thé, coffé, chocolatâ ſparſim. Sufficiant iſta pro calido adverſus frigidum, nec opus eſt ab exteris ut petam teſtimonia; quanquam egregium præberent *Emſenſes*, naturâ calidæ; Quid quod *Carolinæ* etiam magno ſunt exemplo, non ſolùm pro potu calido, ſed &

pro

Pag. 19. dicis calide bibentes acidulas ad expeditionem spiritu perdi acidulas respondere negando, sed excitari spiritu: ego ulteriori argumento probatum [illegible] spiritu:

Si illud acidularum gratum Helmontio Gas dictum adeo ſugax est et incoercibile, ut h[illegible] à nemine chymicorum capi potuerit: tunc sequis quod in intra tale vas non p[illegible] includi, sed admoto calore ~~vel~~ pos subterfugiat.

Pag. 19. dicit Nob. Dn. Cand. Resp. Veru n. verò le. Ego argumentor acidulæ Schwalbacenses sapore suo atramentoso pleriq. sunt ingratæ et viribq ac virtutibq sunt insignes, ~~qui~~ tunc sequitur, quod gratia virtutis non sit integr.

Qo. 15. dicit quod is in primis firmus sit pectore qui bibat ~~aquā~~ frigidā,
~~ego~~ vero ostendam quod potius is sit, qui bibit calidam:
i praecipuum calide bibentium argumentum hoc desumtum est, quod ita spiritus
acidularū excitet, fiant fortiores et ipsi nos ab illis irritent, stimulentur,
tum sequit quod talis firmiore pectore esse debeat, quam ille, qui frigidas
bibat, ut quote non ita fortes.

pro eo, quod mox ſubjungam capite ultimo, *ſale* aquis miſcendo.

Non noſtrum, inter vos tantas componere lites: Tentabimus tamen aliquid, ſub diſtinctione. Qui benè ferunt frigidam *aſſueti* hactenus, pergant frigidè; qui *minus*, vel planè *non* ferunt, quin moleſtiis ſuſpectis corripiantur, non ſolùm in principio, ſed & progreſſu ſymptomatibus, tales abſtineant, & bibant calidam. Firmus inprimis pectore ſit, qui frigidam bibat. Illud quidem ex noſtris didicimus, quosdam catarrhis, tuſſibus vexatos, ſed cætera firmos, ſanos, e. gr. *Deinacum* delatos, bibiſſe & perrexiſſe, donec illa ſpontè remitterent. Nec ignotum proverbium, quicquid acidulæ *afferunt*, idem etiam *auferre*. Quod *cum grano ſalis* ſumendum, & diſtinguenda cautè ſunt talia tranſitoria, ab aliis, quæ fortè incongruus, inconveniens perſonæ uſus inducit incommoda. Quis e. gr. facile auſit ſuadere frigidam illi, qui vel à tantillo frigidæ *tuſſiculam* mox exhibet ſuſpectam; Ubi tamen applicare novit practicus diſcrimen tuſſiculæ *hypochondriacæ* & *pectoralis*. Non ſolus *pulmo* eſt, qui frigidum contra indicat, etiam *ſtomachus* termino veterum frigidus, tener, debilis gaudebit calido: Et illud quicquid eſt, quod in ſexu ſequiori facilè p. n. mobile ſive flatulentia primarum viarum hypochondriaca, ſive *uterus* ad appulſum adverſi citò compatiens turbas ciet, calidæ potum ſibi gratiorem fore & tutiorem ſperabit, experietur. Pro complemento igitur ſit *ſexus*, maximè fœmininus, cui concedatur, ſuadeatur cura ut loquuntur calida, prout quidem de facto morem tenent, & ſunt qs. in poſſeſſione. Interim per experimenta & obſervationes magis diſcimus, ut certi fiamus, cui calidam, cui frigidam dare ſiet conſultius.

Hæc ſcribenti res perinde ſe ſe habere videtur, ac per vitam communem in potu. Sunt, quibus id gratulamur, qui *frigidæ* hauſtum, vel mane vel noctu ebibunt, & aſſueti ferunt, laudant: Dum alii theæ infuſo, coffe decocto corpus molliunt. Excellentiſſimus

mus. Patruus, *Dn.D.Elias Camerarius*, filiali cultu proſequendus, retulit, *Jtalos* in *pedemontio* non auſuros *chocoladam* bibere, niſi manè prius frigidam hauſerint, viam præpararint ſervandæ alvi, humectando, refrigerando. Sunt, qui poculum vini etiam *hyberno* tempore quale è cellâ venit, inoffenſo ebibunt pectore; Dum alii fornaci ſuum imponunt, nec bibunt, niſi plus minus vel temperatum, refractum, vel & præcalefactum. Idem ferè diſcrimen obſervatur in uſu frigidi & calidi externo. Calidum quidem ſubintelligitur, quoties *balneum* dicitur. Medico ſcopo frigidè qui balneant, non facilè invenies, aut qui *Floyerum* audiant & ſequantur; Offendi non ita pridem tamen hoc in actis *acad. ſcient. gall.* anno 1710. paradoxon: *Rhevmatiſmum balneo curari æquè frigido, ac calido.* Nemo eſt, qui obſervet aph. *Hipp.* 25. S. 5. De immerſione in frigidam *gelidorum artuum* non eſt quod hîc dicam. Ecquis enim frigidè balneat, niſi qui in *flumine* publico, ſed ille ſanus. Mirum hîc, quod in Nov. Rep. Liter. *Bernardi* A. 1702. legitur, ex itinerario Dampieri: *Un remede ſouverain contre la dyſenterie, que de ſe baigner dans l'eau froide à la riviere; & qu'il en a fait l'experience.*

Incidit hîc, quod benè olim legeram in comment. Epidem. Hippocr. *Valleſii* Libr. 5. §. 29. pag. 473. *Hiſpanus* eſt ſcriptor, ſub benè calido ſole natus, ſui temporis & loci morumq; utique benè gnarus: planè autem per analogiam cum potu frigido & calido ibi diſſerit de *fructibus horæis* vel calidè vel frigidè comedendis, ſcil. de ceraſis, prunis, moris, ficubus, uvis, &c. Per calidum eſum vix intelligi poterunt fructus, quales naturâ tùm ſunt ſub æſtivo ſole vel è campo delati recentes, vel domi aſſervati; ſed oportet fuiſſe, quibus mos fuit *præcalefacere* ex profeſſo: Per frigidos autem intelligit *nive* refrigeratos. Reprobat *calidos*, quia ſic non attemperant, ſed in pituitam ſalſam aut ſeroſam quandam bilem facilè abeunt. Quo fit, ut qui calidis utuntur fructibus, omnes ferè in tertianas, aut graviores alias febres incidant, ac non pauci in choleras. Nive *refrigeratos* ergò

gò commendat fructus, & accipere ſuadet quemcunque quantis indigeat, juxta naturam tum totius hominis, tum ſolius ventris, quæ calida ſit & ſicca. Addit, juxta conſuetudinem & experientiam, quam quiſque habet ſui corporis, & pergit: Multi ob refrigeratos fructus â febribus liberantur, etſi alioqui negotiis & exercitationibus ſint implicati. Denique concludit: Si quis autem ex fructuum frigidorum uſu noxam ſentit in ventriculo, is certò ſciat, ſe illis non indigere, neque conſulendum illi eſt, ut utatur calidis, ſed ut pauciſſimis aut nullis. Non vult calida dare illis, qui frigida non ferunt, ſed eſum plane intermitti.

§.

NOndum finis eſt, nec erit, numero creſcentis *Materiæ Medicæ*; cum nimis quàm multa ſit, ut ſelectum monſtrarint multi, in actu exercito ſinguli practici ſuum ſibi compendium habeant, nihilominus novas ſubindè patitur acceſſiones. Certare videntur ars & natura, utra pluribus novis locupletet medicinam. Inter hæc à non longo tempore inclaruit ſingulare *Sal* quoddam, *Epſom* â loco, *amarum catharticum* â ſapore & effectu dictum, lippis jam & tonſoribus notum. Non præſumo abſolutè hoc *Sal* pertractare, ſed animus modò eſt, reſpectum novi huius ſalis ad *aquas medicatas* noſtras conſiderare. Quàm benè fortè ipſis addi & miſceri poſſit? An cum fructu *Sal* in & cum *Acidulis* ſumatur, hauriatur? aut, num acidulæ ipſum ſine damno admittant? *Vehicula* quidem omnis generis habet, quibus ſolvi & ſumi poteſt ſal hoc; Et ex hoc capite laudatur, quod *facilè ſolvitur.* Sufficit aqua aut juſculum. Non ptiſana modò qualiscunque alterans, convenire viſa, ſed & infuſum fortè laxativum, ut duplicetur vis ad alvum. In genere dilui ſolet *largo* vehiculo, aquâ non paucâ, ſed benè multâ. Sed miſſis vehiculis alienis, ad aquas medicatas noſtras præciſè pergendum. Ubi triplex caſus occurrit: Vel plena ℥vj. ad unciam unam *doſis* in poculo acidularum ſoluta hauritur; vel *diſcretæ* doſes per morbum, ʒj. e. gr. in ſufficienti quantitate acidularum ſolvuntur & ſumuntur; Vel denique in uſu acidularum manè ʒj. e. g. cum ordinariô quanto acidularum hauritur.

Ante omnia *mixtura* hæc videtur eſſe probanda, *compatibilia* eſſe quæ junguntur. Natura ſalis epſom ab acceſſu acidularum non mutatur; & ſpiritui aquarum Sal non præjudicat, non figit, non abigit ipſum, & ſubtilis quæ ipſis ineſt terra non præcipitatur. Si quæras, quæ *ratio* mixturæ, quis ſcopus hujus inſtituti? Reſp. Intendere *vires* aquarum, *dare* quod natura negavit, ipſas viribus abſterſoriis aperitivis, laxantibus, purgantibus imbuere. Dedit DEUS quibusdam extra patriam celebribus aquis *Sal inſitum,* nativum, quo gaudent, quo agunt; Utrum ergo per acceſſum ſalis epſom *imitari, ſup-*

 plere

plere licebit, ut ſuccedaneum, compar, haberi poſſit. E. g. *Egranas* legimus & audimus, ſpecifico ſale fœtas, ut etiam inde paretur Sal, exſiccetur, divendatur, quod nobis modò ad manus non eſt. Sic e. g. aquæ noſtræ plerisque *alvum* conſtipant, acceſſu doſeos amari ſalis refractæ, & per dies continuatæ, utrum aperiendæ, ſolvendæ? Tranſeat hîc *magneſia, tartarus ſolubilis*: in quorum qs. vices ſuccedere vellet ſal epſom. Utrum ex hoc capite aqua *Zaiſenhuſana* ſalis acceſſum vel non fert, vel eo ipſi non eſt opus, ſpontè alvi, ut dictum, ſolutiva? Non auſim hîc aliquid præjudicare, ſed obſervationibus relinquere.

Comparabimus ſal noſtrum cum ſimilibus, affinibus: Cùm *ſal polychreſtum vulgare* doſi majuſculâ alvum & urinam moveret quidem, ſed ſæpè non ſine vi & ſpasmis in quibusdam, de leniore quodam cogitatum fuit. Hinc celebre in ſcriptis gallorum Sal polychreſtum *Dn. Seignette*, ſed in arcanis habitum, nec ad nos venire ſolitum. Arcanum aſſecutus gloriatur alter Gallus *Annibal Razoux*, pharmacopæus à Beziers, provocans ad ſui ſalis candorem, ſaporem, uſum, quibus cum priore prorſus conveniat, publicâ ſchedulâ, quæ cum ſemunciâ ſalis ad manus noſtras pervenit, & amplo *Medicorum Mompelienſium* teſtimonio, uſum, vires, laudes, expoſuit: Cum recenſione variorum vehiculorum laxantium & alterantium; inprimis autem ptiſanæ cujusdam ipſi laudatæ, limonadæ. Quicquid ferè noſtri de ſale epſom, quicquid e. g. *Helvetius trait. d. malad.* de eodem, idem planè de ſuo polychreſto Dn. Razoux. Liceat utrumque ſecundum phænomena quædam proponere, ut per parallelismum convenientia vel diſconvenientia pateat. Equidem utrumque quid ſit, quomodo paretur, non conſtat, Dn. Razoux occultat ſuum; & ſal epſom in copiâ quidem ſuppetit, ſed quid ſit, quomodò paretur, ignoraretur, niſi Celeb. *Lentilii* curioſitas varios modos conquiſiviſſet, & publico communicaſſet in E. N. C. dubiè tamen, uter ex iſtis modis ſit genuinus, vel quicunque alius adhuc ignotus.

Phænomena ergo primi, cathartici, examine inſtituto notavi ſequentia: *Amarum* eſt in linguâ, facilè tamen ſolubile. Syrupum *violarum* non mutavit, facilè ſolutum, non tamen rubrum reddidit. In aquâ ſolutum, & *chartæ cœruleæ* impoſitum, nec hanc mutavit. In ſpiritu *Vitrioli* liquatur & ſolvitur, non tamen plenè, quin parvulæ cryſtalluli claræ & limpidæ maneant innatantes: Cum *oleo* autem *tartari* per deliq. per levem agitationem facta quaſi offa alba, utrinque ſine efferveſcentiâ. Super prunas conſperſum ſtatim fluit, bullit, & poſtea jacet laxum, ſpongioſum, inſtar aluminis uſti, aut pumicis. Hoc *reſiduum* linguæ primò ardoris ſenſum, poſtea amaritudinem imprimit, nec hoc tamen ſyrupum violarum mutat, niſi quod multæ aſcendant bullulæ.

Alterius

Alterius autem, polychreſti Mompelienſis, phænomena ſeſe mihi obtulerunt ſequentia : Sal eſt *niveum*, tenerum, delicati pulveris inſtar, leve, citò ſolubile in linguâ, non amarum, blandum ſalſum, qs. aliquid aciduli habens, ſenſum frigoris linguæ relinquens. Cultro impoſitum prunæ modò appropinquans, citò inſtar ſyrupi *fluit*. Prunæ autem injectum m. mox liquitur & fluit, dein bullire incipit, & cruſtulâ obducitur tenaci. Diu ita bullit, cum *fumo* aſcendente gravi, donec tandem exſiccetur in maſſulam nigram, inſtar *carbonis* ſpongioſi, rari, teneri. Sapor huic carboni eſt acerrimus, *cauſticus*, & ſyrupo violarum in momento *virorem* conciliat. Chartam autem *violaceam* nec carbo hic, nec ſal integrum quicquam mutat. Sali vero integro inſtillatus ſpiritus *Vitrioli*, illud humectat, non ſolvit; *Oleum tartari* autem per deliq. citò iſtud ſolvit & liquat. Utrumque fit *ſine* bullis, *ſine* ullâ effervescentia, ſine odore.

Ænigmata hæc ſunt totidem, unde quid erui, aut quomodo ſolvi posſint, ingenio cujuscunque relinquitur. Sal epſom quidem videtur eſſe *acidum ſulphureum*, cum alcali vel *terrâ ſalis communis* conjunctum; juxta ductum Cel. *Stahlii*, exper. theor. *Beccher*. part. 2. modo ſpecifico, hinc à me non determinando, ſ. naturâ, ſive arte fuerit combinatum. Paucis, videtur ſpecies *Nitri Calcarii*, quod primus ſcripſit *M. Liſterus*. Hoc epſom ita crudè ſumitur; Utrum ſolvi & cryſtalliſari expediat, curioſitati relinquam, ut fiat lenius, purius, uti nitrum præparant. De arcanis porrò difficile eſt judicare, Opponentibus tamen theſis ſiſtenda. Sit ergò ſuſpicio : Sal Polychreſtum Razoux vix eſſe naturæ mineralis; Quid ſi ſit *tartareum*? Undè benè diverſam *enixi* ſalis ſpeciem eſſe conſtat, ut mirum ſit, in viribus & laudibus ferè idem de diverſis dici.

Utrum *tartari vitriolati*, arcani duplicati, minorem doſin, an novi ſingularis tartari ſ. alcali vitriolati majorem doſin præſtet dare; problema eſto. Practicis bonas olim iſta præſtiterunt operas. Ipſa tamen primi noſtri lenitas, ſolubilitas, videtur prærogativam inferre, & uſum ipſum gratiorem confirmare. Quàm propè ergò per *mixturam* noſtram accedimus ad aquas naturâ ſalſas. Quemadmodum ex claris germaniæ aquis quibuſdam *ſal enixum*, ex aliis *alcali* ſic naturale obtinetur: Ita ex omnibus acidum & vitriolum adhuc deſideratur. Utrum alteri ſit *præferendum*, determinare nolim, ſuum cuique liberum relinquens judicium.

Dum hæc ſcriberem, in manus venit December *Actorum Trivoltienſium*, ubi memoir. de trevoux 1715. p. 2377. *Dn. Langlet* ſingularem facit mentionem aquæ de *Bagnolles* in Normandiâ inferiore pro balneo uſurpari ſolitæ,

 memo-

memorans, ſe ex quatuòr libris aquæ obtinuiſſe *ſalis* cujusdam drachmas duas, in cryſtallis hexagonis, ſaporis ſalſi, ſtyptici, poſtea tamen ſubdulcis. Nova his ſuperaddit phænomena de ſale hoc: ſcil. *heliotropium* tingit colore rubro; *lac* coagulat. Hoc non memini me legiſſe vel audiviſſe de ullo tali ſale: Fuiſſe acidum. Autor pro *vitriolo* habet, ex ratione, quod cum infuſo *gallarum* nigreſcat; Alterum novum, mihi nec lectum, nec auditum, de vitriolo ex aquis medicatis obtento. Singula phænomena ſunt paradoxa; Conjunctim autem in uno ſale adhuc magis. Videntur incompatibilia. Et hæc duo prædicata, *acidum* eſſe, & *vitriolum* eſſe, non conſiſtunt ſimul in eodem ſubjecto. Differrent enim, ut ſpiritus vitrioli & vitriolum ipſum. Miror ergò hoc ſal Langleti, & quod non capio, relinquo.

Mixturæ autem ſalis cum acidulis videntur obſtare duo: *Sapor* ſalis qui amarus, hinc ingratus bibentibus præſumitur. Verum enim verò, non memini noſtros, qui biberunt, querelas moviſſe, ſed facilè hauſiſſe, de adverſo ſapore nil memorantes. Unde non difficiles vel renitentes habuimus vel ſanos vel ægros; niſi qui parvam doſin, *unicum hauſtum*, volunt. Obſtare videtur porrò, *tantâ doſi* vel ſimul, vel ſucceſſivè ſumi, quod tamen ſal eſt, nec tutum intra corpus ſumi, amarum, ſalſum, ſtimulantibus particulis plenum. Reſponſionis loco poſſent eſſe verba *Helvetii* p. 96. *Ce Sel eſt different du Sel policreſte & des autres, en ce qu'il n'eſt point ſi acre au gout, & qu'il ne ſe fond point ſi facilement à l'air. Il purge ſans inconvenient toutes ſortes de temperamens, quelque foibles & délicats qu'ils ſoient, & ne cauſe ni colique, ni raport: C'eſt la plus douce & la plus agréable de toutes les Medecines. Je me ſuis ſervi de ce Remede, & l'ay vû operer avec la mème douceur ſur un grand nombre de temperamens ſemblables, auſquels le moins violent des purgatifs ordinaires ne manquoit de cauſer des douleurs vives, ou un accès de fievre, le lendemain de la Medicine.* Sermo autem ipſi eſt de unâ ſalis doſi ad purgandum.

Si quis tamen pro noſtro ſcopo cum acidulis perſonis teneris, delicatis, vel non, vel parcius dare velit, prudenter conſulet. Nec præter rationem & exigentiam dabitur: Non obtrudetur promiſcuè omnibus, ſed quorum e. g. viſcerum *infarctus* eluendus & expediendus tali acceſſorio *ſtimulo* & *ſolvente* opus habet. Quorum item *alvus* tardare ſolet, hujus enim beneficio blandè laxabitur, quibus fortiori quodam opus, leniori expediri res non poteſt. Dices iterum: Non de ſapore ſermo eſt, ſed de *viribus*, hæ an tutæ ſint? Reſp. Utrinque nec de ſapore, nec de ſenſu intra corpus, aut effectu malo querelas moverunt, quibus datum, ut potius laudarint. Sic etiam extra acidulas exempla ſuppetunt fœminæ ictericæ, viri icterici: purgantis autem doſi pareticæ. Et vir ſanguineus robuſtus vernam hanc purgationem

benè

Tempus praeterlapsum jubet me hic subsistere, adeoq nil superest, quam ut Tibi Vir Magnifice, pro benevola dubiorum meorum assumtione exquisita resolutione, ac fideli informatione persolvam Ti, grates quam maximas, pro quorum beneficio aeterna animi gratitudine obstrictum me fore profateor: Servet Te divina gratia ad plura adhuc annorum lustra incolumem ut Te Vigente et haec Eberhardina quam diutissime vigeat, floreat, celebretur.

Et in Te Nobilissime Dn. Candidate Respondens injung esset, sibi de felici et ultimo in edito Academico specimine non de animo gratulor, tam n. semper successu doctrinam tuam ostendisti, ut publicum non immerito meruis applausum. Benedicat porro Deus omnibus conatibus tuis, ut ex tuis jam tam bene jactis seminibus tandem laeta sequatur Messis, multis fructibus exuberans: Caeterum siquid in me erit officii, si quid viribus ac facultatis pete, postula, exige, et experieris, eum me esse, qui sine ulla exceptione laboris aut temporis tibi sua officia dicat, dedicat, offe

benè tulit, laudavit, aquoſa modò mota regerens. Quoties ergò, quâ doſi ſolvendum ſal? Reſp. non de purgatione hîc ſermo eſt, ſed de uſu in potu acidularum. Manè ergò *poculo* primo vel ſecundo miſceatur e. gr. ℥j. continuetur per dies e. g. octo, vel ſingulos, vel alternos, & pro tolerantiâ, pro effectu, proprio ægri judicio, vel conſilio medici determinetur: Bis terve per ſeptimanam, pro morbi & ſubjecti diverſitate. Quemadmodum ergò duo priores modi tàm prior ſcopo purgandi benè inter nos ceſſiſſe obſervatus fuit, e.gr. nonſolùm viro iſti ſano firmo unciam haurienti, præſervativè, ſed & ægræ illi pareticæ veteranæ, cùm venter major durior graviora minaretur, ſemel atque iterum laudes meruit, quàm alter parcâ doſi diſcretis vicibus ſcopo aperiendi, laxandi, &c. per morbos exemplis inter nos inclaruit, colicæ in icterum terminatæ, ictero chronico viri exſiccati & ſitibundi, &c. quod ſupra laudatus *Excellentiſſimus Dominus* Patruus in Collegio nuper Caſuali ampliſſimæ ſuæ praxeos teſtimonio confirmavit: Ita de tertio modo recens inter nos inchoato benè quoque ſperandum, ipſum plurium obſervationum autoritate approbatum iri. Ubi dein fortè oritura controverſia, utrum ſal *egranum*, an *epſom*, an *polycreſtum* ab hoc, ab illo, ab iſto ſit uſurpandum? In quantum uſu conveniant, vel differant, quod tutius, efficacius experiantur ægri? Iterum non niſi prudenti decidetur experientiâ. Sicubi autem defuerint acidulæ, ſuccedet in tantum *aqua ſimplex,* viva, recens, cryſtallina, quæ ſal enixum quodcunque melius ita ſolvat, & faciat acidulas *artificiales*, extemporaneas, ad imitationem naturalium, ſale fœtarum vel ſimili. Cui quomodò *mars* jungi poſſit, ſi quis atramentoſas velit, curioſum curioſis problema propono: quanquam modò incidat, ex his tale ſal non obtineri, hinc & ipſis non ineſſe; ut mars & ſal ſe invicem non compati, ſed unum alterum excludere videatur.

TANTUM.

COROL-

COROLLARIA.

I.

IN Diarii Veneti T. XXI. conformiter Obſerv. 274. E.N.C. 3. 5. legitur, granula Fungi Campaniformis ſeminata nunquam germinaſſe

II.

Item ad confirmationem Obſ. 106. 3. 1. & Obſ. 131. 3. 5. E.N.C germinare Viſci Baccam cortici arboris inſertam cum, non ſine, ſu Glutine.

III.

Curioſa fuit pluvia florentis Aloes Americanæ T. IV. illuſtran ſcaturiginem guttarum penduli Coronæ Imperialis floris.

IV.

Quis ſtrias membranarum Ovi, ſimiles lineis in cortice Raphan ductus aeris elaſtici, urgendo albumen pullulanti fœtui neceſſarii, ſa tis attendiſſet, niſi Bellinus T. II. monuiſſet?

V.

Quis verò tam facilè credat Inviſibilia Inſecta, pro contagi peſtis Boum, Hominumq́? quæ probari voluerunt prolixè T. XIX.

VI.

Nix Martis, Neve di Marte, T. XVI. utrum explicatur per Flore Reguli Martialis T. XXV? Qui eopſe tamen, quo ſimiles perlis dicuntur Martiales eſſe non videntur; nam nec Ceruſſa Antimonii fuſca eſt, ut Diaphoreticum Martiale.

VII.

Curioſa conſpectu eſt Figura Mineræ Ferri T. XIX. Octaedrica, conſtans duplici Pyramide, baſibus junctis: Conferenda cum Pyrite Cubico-Octaedro in ult. E.N.C. tomo; qualiter figuratorum parvulorum copiam pleræq́ omnes Marcaſitæ, apparenter Aureæ, per ſuperficiem ad dimidium ferè ſui eminentes exhibent. Similis autem figuræ eſſe ipſas ferri particulas, ut ſic loquar, primævas, non æquè facile creditu eſt.

SOLI DEO GLORIA.